

# PHILOLOGIAE TURCICAE FUNDAMENTA

IUSSU ET AUCTORITATE

UNIONIS UNIVERSAE STUDIOSORUM RERUM ORIENTALIUM

AUXILIO ET OPERA

UNITARUM NATIONUM EDUCATIONIS SCIENTIAE CULTURAЕ ORDINIS

UNA CUM PRAESTANTIBUS TURCOLOGIS

EDIDERUNT

JEAN DENY

KAARE GRØNBECH †


HELMUTH SCHEEL

ZEKI VELIDI TOGAN

TOMUS PRIMUS



AQUIS MATTIACIS APUD FRANCISCUM STEINER  
A. D. MCMLIX



© COPYRIGHT 1959 BY FRANZ STEINER VERLAG GMBH · WIESBADEN  
SATZ UND DRUCK: WIESBADENER GRAPHISCHE BETRIEBE GMBH

Kort for fremkomsten af første bind af *Fundamenta* or Professor KAARE GRØNBECH afgaaet ved en alt for tidlig død i København. Dette betyder et uopretteligt tab for turkologien, som han har beriget ved sine arbejder angaaende de tyrkiske sprogs struktur og angaaende det komanske, saa vel som for redaktionskomiteen, i hvilken han var uvurderlig som medlem og energisk medarbejder samtidig med at han var en trofast ven.

Temel kitabı ait birinci cildin çıkışından kısa bir müddet önce KAARE GRØNBECH Kopenhagen'da pek erken olarak ölmüş bulunmaktadır. Ölümü Türk dilinin yapısı ve komanca üzerindeki çalışmaları ile zenginleştirdiği türkologya için olduğu kadar, paha biçilmez bir üye, faal bir çalışma uzvu ve fakat aynı zamanda pek kıymetli bir dost olmak dolayısıyle Redakşyon Komitesi için de yeri doldurulamayacak bir kayıptır.

Kurz vor Erscheinen des ersten Bandes der *Fundamenta* ist Professor KAARE GRØNBECH allzufrüh in Kopenhagen verstorben. Sein Tod bedeutet einen unersetzlichen Verlust für die Turkologie, die er durch seine Arbeiten über die Struktur der türkischen Sprache und über das Komanische bereichert hat, sowie für das Redaktionskomitee, dem er ein unschätzbares Mitglied und ein tätiger Mitarbeiter war, zu gleicher Zeit aber auch ein treuer Freund.

Shortly before the publication of the first volume of the *Fundamenta*, Professor KAARE GRØNBECH died, all too early, in Copenhagen. His death means an irreparable loss for Turkish studies, which he enriched through his works on the structure of the Turkish language, and on Cuman; and also for the Editorial Committee, for whom he was a colleague of inestimable value, as well as being an active contributor and at the same time also a steadfast friend.

Peu de temps avant que le premier tome des *Fundamenta* ait pu paraître, le Professeur KAARE GRØNBECH est décédé prématurément à Copenhague. C'est une perte irréparable pour la turcologie, qu'il avait enrichie de ses travaux sur la structure des langues turques et sur le coman. Notre comité de rédaction, dont il était membre, a perdu avec lui un collaborateur inappréciable, en même temps qu'un ami fidèle et efficace.

# INHALT

## CONTENTS · TABLE DE MATIERES

---

Praefatio . . . . .	IX
Önsöz . . . . .	XI
General Observations . . . . .	XIII

## ALLGEMEINER TEIL · GENERAL PART

Classification of the Turkic languages	
I, by JOHANNES BENZING . . . . .	1
II, by KARL HEINRICH MENGES . . . . .	5
Structure et tendances communes des langues turques (Sprachbau) par LOUIS BAZIN . . . . .	11

## DIE EINZELNEN SPRACHEN · THE DIFFERENT LANGUAGES

I. Das Alttürkische · Old Turkic · von ANNEMARIE VON GABAIN . . . . .	21
II. Das Mitteltürkische · Middle Turkic	
<i>Westmitteltürkisch · Western Middle Turkic</i>	
1. Die Sprache des Codex Cumanicus von ANNEMARIE VON GABAIN . . . . .	46
2. Das Kiptschakische von OMELJAN PRITSAK	
a) Mamluk-Kiptschakisch . . . . .	74
b) Armenisch-Kiptschakisch . . . . .	81
<i>Ostmitteltürkisch · Eastern Middle Turkic</i>	
1. Das Karakhanidische von MECDUT MANSUROĞLU . . . . .	87
Anhang: Die Inschriften von Semireč'e und die der Öngüt-Türken . . . . .	108
2. Das Chwarezmtürkische von JÁNOS ECKMANN . . . . .	113
3. Das Tschaghataische von JÁNOS ECKMANN . . . . .	138
III. Das Neutürkische · Modern Turkic	
<i>Südtürkisch · Southern Turkic</i>	
1. Das Altosmanische von MECDUT MANSUROĞLU . . . . .	161
2. L'Osmanli moderne et le Türk de Turquie par JEAN DENY . . . . .	182

<b>3. Osmanische Dialekte · Osman Dialects</b>	
a) Die anatolischen und rumelischen Dialekte von AHMET CAEROĞLU	239
b) Das Gagausische von GERHARD DOERFER	260
c) Das Krimosmanische von GERHARD DOERFER	272
<b>4. Das Aserbeidschanische von AHMET CAEROĞLU und GERHARD DOERFER</b>	280
<b>5. Le Turkmène par LOUIS BAZIN</b>	308
 <i>Westtürkisch · Western Turkic</i>	
<b>1. Die ponto-kaspische Gruppe · The Ponto-Caspian Group</b>	
a) Neukomanisch · Modern Comanic	
Das Karaimische von OMELJAN PRITSAK	318
Das Karatschaische und Balkarische von OMELJAN PRITSAK	340
b) Das Krimtatarische von GERHARD DOERFER	369
c) Das Kumükische von JOHANNES BENZING	391
<b>2. Die uralische Gruppe · The Uralian Group</b>	
a) Das Kasantatarische und die westsibirischen Dialekte von KAARE THOMSEN	407
b) Das Baschkirische von JOHANNES BENZING	421
 <i>Zentraltürkisch · Central Turkic</i>	
<b>Die aralo-kaspische Gruppe (Kasakisch, Karakalpakisch, Nogaisch, Kiptschak-Özbekisch; Kirgisisch) von KARL HEINRICH MENGES</b>	434
 <i>Osttürkisch · Eastern Turkic</i>	
<b>1. Das Özbekische von STEFAN WURM</b>	489
<b>2. Das Neuugurische von OMELJAN PRITSAK</b>	525
<b>3. Die Sprache der Gelben Uiguren und das Salarische von KAARE THOMSEN</b>	564
 <i>Nordtürkisch · Northern Turkic</i>	
<b>1. Das Altaitürkische von OMELJAN PRITSAK</b>	568
<b>2. Das Abakan- und Çulymtürkische und das Schorische von OMELJAN PRITSAK</b>	
a) Das Abakantürkische (Chakassische)	598
b) Das Çulymtürkische	622
Anhang: Das Kamassische	629
c) Das Schorische	630
<b>3. Das Sojonische und Karagassische von KARL HEINRICH MENGES</b>	640
<b>4. Das Jakutische (einschließlich Dolganisch) von NIKOLAUS POPPE</b>	671
 <b>IV. Die bulgarische Gruppe · The Bulgarian Group</b>	
<b>1. Das Hunnische, Donaubulgarische und Wolgabulgarische (Sprachreste) von JOHANNES BENZING</b>	
2. Das Tschuwaschische von JOHANNES BENZING	685
3. Das Tschuwaschische von PERTEV NAILI BORATAV	695
 Indices, par PERTEV NAILI BORATAV	
<b>Die türkischen Sprachgebiete · Turkic linguistic regions · (Karte)</b>	753

## PRAEFATIO

Arcanis inscriptionum priscae Turcitatis a Guilelmo Thomsen anno 1893 reseratis patetfacta est via ad historiam linguarum nationumque Turcicarum inde a primordiis vagarum gentium caligine antiquitatis involutis usque ad summos humanitatis gradus nostrae aetatis indagandam. lustris autem insequentibus codicibus manuscriptis inventis aliisque fontibus reclusis materia praeter exspectationem aucta est; quo factum est, ut brevi tempore nova quaedam disciplina litterarum orientalium exsisteret studia linguarum litterarum rerumque gestarum gentium Turcicarum complexa, dicimus turcologiam. crescente autem in dies materia, amplificatis etiam studiis ad res Turcicas spectantibus paulatim apud eruditos natum est desiderium conspectus compendiosi, quo summatim exponeretur, quibus in materiis studia Turcica versarentur, quos progressus fecissent quaeque officia praecipue studiosissimum quemque manere viderentur.

Quid mirum quod cum a ceteris nationibus tum a re publica Turcorum huic novae disciplinae magis magisque favebatur? itaque Ahmed Zeki Velidi Togan professor Constantinopolitanus, qui conventui universo XXII studiis Turcicis promovendis praesidebat, instanti necessitati concessit, cum in contione inaugurali die XV mensis Septembris anno 1951 Constantinopoli habita suasit, ut Fundamenta Philologiae Turcicae a collegio virorum doctorum ad id ipsum constituendo ederentur. cuius rei auctor fuerat Mehmed Fuad Köprülü, professor Ancyranus, tum temporis rei publicae Turcorum minister externalium rerum, comprobantibus ceteris eiusdem rei publicae gubernatoribus. assenserunt omnes, qui conventui intererant. iam aliquanto antequam conventus fieret, consilium interea praeside convocante constitutum est e viris doctis Reşit Rahmeti Arat, Helmuth Scheel, Saadettin Buluç, Jean Deny, Kaare Grønbech, Zeki Velidi Togan, Fahir İz dominaque Annamaria de Gabain, quibus aliquamdiu interfuerunt v. d. Herbert Duda et Bertold Spuler. qui posteaquam propositum Fundamentorum linguae et humani civilisque cultus Turcorum conscribendorum edendorumque ad unum omnes confirmaverunt, a conventu delecti sunt, qui interim de ratione operis condendi consultare aggredierentur, viri docti Grønbech, İz, Kramers, Scheel, Togan, Wittek quique eorum concilio praeesset, Jean Deny, praeside honoris causa electo excellentissimo domino Fuad Köprülü.

Anno 1952 Unio Universa Studiosorum Rerum Orientalium Constantinopoli condita in sessione Parisiis habita decrevit Fundamenta curae ac tutelae universarum nationum committere eademque edenda pecuniis adiuvare, quae sibi ex Unitarum Nationum Educationis Scientiae Culturae Ordine per Universarum Nationum Consilium Philosophiae et Scientiarum Humanarum affluerent. quam ob rem delecti sunt ex Unione, qui corpus edendum curarent, Jean Deny, Kaare Grønbech, Helmuth Scheel, Zeki Velidi Togan, quibus substituti sunt Louis Bazin et Hans R. Roemer. epistulis praepositus est Helmuth Scheel professor Moguntinus.

Satis, quae opus erant, praeparatis delecti, quos modo memoravimus, mense Septembri anno 1953 iterum Parisios convenerunt adhibitis quibusdam turcologis tum Parisiis commorantibus, inter quos erant Karl Menges, Ali E. Toptchibachy, Johannes Benzing. a quibus consilio inito ultimae operis componendi rationes institutae sunt. statuerunt

enim, ut totum corpus duo fore milia paginarum complexum in tria volumina digereretur, quorum primo elementa linguarum Turcicarum adumbrarentur, altero historia litterarum singularum gentium delinearetur, tertio denique res gestae nationum Turcicarum breviter enarrarentur. opus autem nulla mora interposita coeptum est, cum reperti essent, qui primo volumini conscribendo studearent. qui cum de studiis suis ad conventum universum XXIII anno 1954 actum referrent, dubia quaedam inter ipsas curas oborta eaque non solum ad administrationem, verum etiam ad ipsam libri conscribendi rationem pertinentia proposuerunt. moderatores autem Fundamentorum cum intellexissent non omnes controversias inter eruditos de quavis quaestione natas dirimi posse, verumtamen conspectum totius turcologiae divulgari oportere, qui commodis utilitatibus virorum doctorum inserviret, hac via et ratione procedendum esse censuerunt, ut quae cuiusque quaestionis esset condicio eo ipso tempore, quo singula volumina elaborarentur, eam auctores sequerentur.

Sub finem aestatis anni 1955 plerisque commentationibus, quae primo volumini inserendae erant, elucubratis impensa Academiae Scientiarum Litterarumque Moguntinae administrationi operis praefectus est v. d. Gerhard Doerfer. ineunte autem mense Februario a. 1956 hoc volumen imprimi coeptum nunc demum absolutum est.

Restat, ut gratias debitas agamus primum omnibus, qui toti operi aggrediendo primo que huic volumini conscribendo edendoque operam navarunt, deinde Unitarum Nationum Educationis Scientiae Culturae Ordini et Universarum Nationum Consilio Philosophiae et Scientiarum Humanarum pro auxilio libenter oblato pecuniaque liberaliter sumministrata, tum Regiae Academiae Litterarum Danicae, Foundationi Rask-Ørsted, Academiae Scientiarum Litterarumque Moguntinae, Officio ad culturae inter nationes necessitudines colendas Parisiis instituto, quod pro sua parte opus adiuverunt, Francisco denique Steiner editori, cuius ex officina liber in lucem prodiit.